re ⁊ emendare condemnando rem in certa quātitate.C. de
ſen.que ſine cer. quant.l.ſi.cū ibi notatis.⁊ ita Bald.in ad,
di.Specu.tit.de ſen.in.iij.car.in verſicu. ſi appelletur a ſen,
tentia nulla. ¶ Sexto ⁊ vltimo eſt premittenduꝫ quis ſit iu
dex competens in cauſa appellationis ex quo.ſ. eſt dictuꝫ ꝙ
appellatio eſt ad maiorem prouocatio. Unde queritur pri,
mo quid ſi in hac ciuitate eſt poteſtas ſeu alius iudex cogno
ſcens de primis cauſis non tamen eſt prouiſum aliter de iu,
dice appellationis ad quem erit tunc appellādum dic ꝙ de,
bet appellari ad ſuperiorem qui ipſum poteſtateꝫ ſeu officia
lem eligit.quia talis dicitur proximus ſuperior.vt no.Bar.
in.d.l.§.ſi quis de quo ⁊ per eum.in.l. vbi aſſunt.ff. de tuto.

a ¶ Si rex
hꝫ comita-
tuꝫ. adḋ an
Rex poſſit
exeq̃ ſniam
ſuã ex̃ terri
toriũ ſuum.
Et an poſſit
appellari a
ſnĩa regis.
vide bal.in
cõſilio ſuo.
ccccxvij.qḋ
incipit.ego
puto ꝙ ab
iniuſta ſnĩa
regis.⁊ in
alio ꝯſ.ſeq.
incipi.peti-
ta venia.in
primovolu.
ſuoꝝ ꝯſilio
rum. Bar-
tho.ab bor.

b ¶ Si ſi-
mul iudica
uit iudex ec
cleſiaſticꝰ ⁊
ſeclaris co
rã quo de-
beat appel-
lari. dic ad
ſuperioreꝫ
iudiceꝫ ec-
cleſiaſticuꝫ
per Bal.⁊
Salyc.in.l.
precipimꝰ.
de appel.ꝑ
Bart.i.l.j.
§.ſi qs.ff.ḋ
app.vide ꝑ
do.Alex.ḋ
Jmo. in cõ
ſilio ſuo.cl.
xxxiij. in.ij.
volu. circa
princi.bar-
tho.ab bor
rario.

c ¶ Cũ pe
titio redu-
ctiõis. adḋ
reductiõis
que petiť a
ſnĩa arbi-
troꝝ qs di-
cať iudex
cõpetẽs ꝑ
do. Alexã.
ḋ imo. i ꝯſ.
ſuo.cxxxj. i
ij.vol. circa
p̃n.Et qñ li
ceat redu-
ctiõeꝫ petẽa
vel ne ꝑ eũ-
dẽ i alio ꝯſi
lio.cvij.i.iij
volu. bart.
ab borra.

⁊ curſa.dan.dicenteꝫ ꝙ quando in loco non eſſet aut vacaret
iudex appellationis tunc deberet appellari ad dños priores
ſeu antianos dicti loci.per illum tex. probantem ꝙ ſi officia-
les non eſſent ſeu vacarent in aliquo loco ꝙ tunc iuriſditio
reſidet apud ordinem decuriorum ipſius loci ⁊ ad eos eſſet
appellandũ ⁊ ſic non ad ſucceſſoreꝫ in officio appellatiõis.
⁊ ſic debet appellari ad eos per quos ipſa ciuitas regitur vt
eſſet etiam conſilium ciuitatis regens ciuitatem per qḋ con-
ſilium totus populus ⁊ ipſa ciuitas repreſentatur. vt voluit
glo.ſingularis in rubrica.C.que ſit long.conſue. ⁊ ita etiam
vt.ſ̃.ſequitur Bart.in.l.quotiens.ff. ad muni.⁊ Jmo.in.d.
32 §.ſi quis col.ix.⁊ Panor.hic.col.iiij.⁊.v. ¶ Secundo que
ritur ad quem ſit appellandum a rectore alicuius collegij vł
artis Bar.in.d.§.ſi quis.concludit ꝙ ad illum cui tale colle
gium eſt ſubiectum.puta ad poteſtatem ipſius loci pro quo
dictuꝫ notabile Jnno.in.c.dilecta.j.de exceſſi.prelato. circa
finem dicentis ꝙ iſta collegia ⁊ eorum rectores ſunt ſubie-
cti ordinarijs locorum.⁊ ꝙ ad eorum libitũ deſtrui pñt.ſicut
etiam a principio poſſunt prohiberi ne fiãt. Jdeo circa pre-
dicta ſic conclude ꝙ aliquando collegiuꝫ eſt mere ſeculare:
puta mercatorum ⁊ aliorum artificum.vt in.l.fin.C.de iuriſ.
om.iudi.⁊ eorum rector eſt ſecularis.⁊ dic vt.ſ̃.per Bar.qꝛ
appellatur ad ipſoꝝ ſuperiorem cuꝫ.regula ſit ꝙ appellatio
fiat ad ſuperiorẽ eius qui iudicauit.vt in.d.§.ſi quis.⁊ in.d.
c.romana.§.debet.⁊ ſemper intellige niſi per ſtatutuꝫ vel cõ
ſuetudinem loci ſit aliter prouiſum de iudice appellationis.
33 vt in.d.c.romana.ſm Jmo.in.d.§.ſi quis.Aliquando colle
gium eſt eccleſiaſticum ⁊ rector ſimiliter eccleſiaſticus.⁊ tũc
debet appellari ad immediatum ſuperiorem.vt in.d.c. roma
34 na.§.debet.Aliquãdo collegiuꝫ eſt mixtum laycorum ⁊ cle
ricorum;puta ſi appelletur a rectore ſcholarium. tunc ſi pro
maiori parte ſunt clerici:tunc eſſet appellandum ad epiſco-
pum.vt in.c.ex litteris.ſ̃.de conſti.⁊ per Bar.in.l.fin.ff. de
colle.illi.aliquando in collegio ſunt plures layci q̃ clerici.
ſed rector eſt clericus.⁊ hoc caſu cõcludit hic Panor. ꝙ ſi
rector iudicauit de clerico cum tunc iudicet vt eccleſiaſticus
ex quo aliter in clericuꝫ non datur iuriſditio.ſ̃.de fo.compe.
ſi diligenti.⁊ no. Jnnocẽ.in.c.cum ab eccleſiarum.ſ̃.de offi.
ordi.debet appellari ad epiſcopum.vt.ſ̃. Sed quatenus iu-
dicat de layco debet appellari ad poteſtateꝫ. qꝛ licet ipſe re
ctor ſit clericus tamen dicto caſu iudicat vt laycus tanq̃ re
ctor collegij ſecularis.ideo ab eo non eſt appellandum: vt a
35 clerico.vt eſt tex.⁊ glo.not.in.d.c.romana.§.debet. ¶ Ter-
tio queritur ſi epiſcopus vel alius iudex eccłiaſticus cogno
ſcit in temporalibus vt ordinarius ad quem tunc ſit appellã
dum.⁊ dic ꝙ primo ſtandum eſt conſuetudini vel priuilegio
cum conſuetudo poſſit deferre ius appellandi ad alium.vt ẽ
tex.not.in.d.c.romana.§.j.⁊.§.debet.⁊ tale priuilegium põt
per ſolum principem concedi.vt tenet ibi Jo.an. Sꝫ ceſſan
te cõſuetudine aut priuilegio. Dic ꝙ aut iuriſditio tempo-
ralis eſt totaliter tranſlata in eccleſiam:⁊ ꝑ illa non recogno
ſcit ſuperiorem tpaleꝫ tunc ab epiſcopo appellatur ad archi
epiſcopuꝫ.vt in.d.§.debet.⁊ ratio eſt qꝛ dicto caſu iuriſditio
temporalis eſt totaliter concreta cum eccleſia.⁊ ſeparata iu-
riſditione principis ſecularis.ſm glo.in.c.ſolite.de maio.⁊
obe.⁊ Jnn.⁊ Jo.an.in.d.§.debet.⁊ ita procedit text.in.c.ij.
j.de delict.puer. Sed ſi epiſcopus ſeu alius prelatus habet
iuriſditionem temporalem a principe ſeculari. deberet tunc
ad eum appellari.ſꝫ glo.in.d.c.ſolite.⁊ Archi.xj.q.j.ſi ita.
⁊ ſequitur Bart.⁊ Jmo.in.d.§.ſi quis. ⁊ probatur in.d.§.
debet.vbi idem ſequitur Gemi.Et ex predicta regula inferť
primo ꝙ ſi clericus eſſet rector vel officialis alicuius ciuita-
tis deberet ab ipſo appellari ad ſuperioreꝫ ipſius ciuitatis.
ex quo nõ iudicat vt clericus.ſed vt officialis laycus. ⁊ ita di
cit Bar.in.d.§.ſi quis.⁊ idem ſi quocunq̃ alio modo cleri-
cus haberet iuriſditionem a iudice vel domino ſeculari.ſm
36 Pe.de ancha.in.d.§.debet. ¶ Scḋo infertur ex predictis
ꝙ ſi rex habet comitatuꝫ.ª ⁊ i illo iudicaret vt comes deberet
appellari ad ſuperiorem eius in comitatu.⁊ non ad ſuperio-
rem eius inquantum rex.⁊ idem ſi cauſa ſpectaret ad regnũ
deberet appellari ad ſuperiorem ipſius regis in regno.vt in
d.§.debet.⁊ faci l.ſi quãdo.C.eo.titu. ⁊ tenet Bar.in.d.§.
ſi quis.⁊ Jmo. ⁊ Panor.hic.⁊ facit tex.in.c.cum capel-
37 la.j.de priui. ¶ Tertio infertur ꝙ ſi epiſcopus vel clericus
cognoſceret de cauſa vt delegatus principis vel iudicis ſe-
cularis.tunc ab eo ad principem appellaretur ſeu iudiceꝫ ſe
cularem. vt voluit glo.ordi.xxiij.q.viij.ſepe. ⁊ patet etiam ex
38 precedẽtibus. ¶ Quarto queritur eo caſu quo deberet ap-
pellari ad proximum ſuperiorem quid ſi proximus ſuperior
nõ poſſit haberi.Dic ꝙ ſi impedimentuꝫ eſt modico tempo
re duraturum ꝙ eſt expectãdus alias deberet proſequi corã
ſuperiore dicti ſuperioris impediti.vt no.in.l. ſi filius.ff. de
iudi.⁊ in.l.pe.in fi.ff.de vaca.mune.⁊ tenet Bar.⁊ Jmo.in
39 d.§.ſi quis. ¶ Quinto queritur quid ſi cõtingat ꝙ inferior
⁊ ſuperior cognoſcant ſimul de cauſa.Dic ꝙ dicto caſu de-
bet appellari ad ſuperiorem illius ſuperioris omiſſo medio
quo ad alium iudicantem minorem.arg.c. ſi a ſubdelegato.
de offi.delega.lib.vj.⁊.c.ſuper queſtionum.§.ſi vero duo.e.
40 tit.ſm Jmol.⁊ Barto.in.d.§.ſi quis. ¶ Sexto queritur
quid ſi iudicauit ſimul iudex eccleſiaſticus ⁊ laycus ſeu ſe-
b cularis[b].dic ꝙ tunc debet appellari ad proximum ſuperio
rem ipſius eccleſiaſtici:quia maius dignum trahit ad ſe mi-
nus dignum:vt in capi.quod in dubijs.j. de cõſecra. eccle.
vel alt.⁊ per glo.ſing.in.c.j.j.de iurepa.lib.vj. ⁊ facit qḋ no.
Bar.in.d.l.fi.ff.de colle.illi.⁊ hoc idẽ voluit Bal. eſſe di-
cendum in reductione ad arbitrium boni viri ſi eſt factuꝫ cõ
promiſſum in laycum ⁊ clericũ ſm Bal.in.l.precipimus. in
fi.C.eo.ti.⁊ ſequitur ibi Saly. ⁊ per eandem rationem dixit
ſing.Barto.in.d.l.precipimus.§.pe. ꝙ ſi habeo duos reos
obligatos laycum ⁊ clericum potero conuenire laycum co-
ram eccleſiaſtico ratione mixture clerici qui vt magis dignꝰ
41 trahit ad ſe laycum corã eccleſiaſtico: qḋ nota. ¶ Vltimo
c queritur cũ petitio reductionis[c] ad arbitriũ boni viri ſit ſpe
cies appellatiõis.vt eſt text.no.in.l.non diſtinguemus.§.cũ
42 quidam.ff.de arbi.⁊ per illum tex.ita tenet Specu. in tit.de
arb.§.j. quis erit tũc iudex cõpetens qñ partes ſunt diuerſi
fori:aut quando fieret cõpromiſſum in clericos aut in laycũ
⁊ clericum.⁊ ſic quando arbitrator eſt diuerſi fori ab ipſis
partibus Bart.in.l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff. pro ſo.⁊ in
l.ij.C.vbi ⁊ apud quem.concludit ꝙ ex quo de iure commu-
ni arbitramentum eſt quedam tranſactio vt in auc. ſi vero cõ
tigerit.C.de iudi.⁊ ſic ſi peto reductionem cõqueror de ipſo
contractu tunc actor ſequitur forum rei.vt in.d.l.ij.vbi ad re
ſcindendam tranſactionem debet adiri forus rei ⁊ nõ locus
inite tranſactionis. ⁊ ſi peteretur reductio per ipſum reum
debet peti corã ſuo iudice.qꝛ quaſi ſuper exceptione ſibi cõ-
petente prouocat. ⁊ cum ſuus iudex habeat iuriſditioneꝫ in
illa cauſa cum ſit reus poterit ipſe illuꝫ adire.⁊ ſic ille iudex
erit competens qui habet iudicare in ipſa cauſa principali.
ar.l.cũ hi.§.tranſactionis.ff.de tranſactio. vbi ille iudex de-
bet auctorari in tranſactione qui eſſet iudex cõpetens in illa
lite.Et per illum tex.concludunt in ſimili doc.ꝙ examinatio
teſtium ad perpetuam rei memoriam debeat fieri coram illo
iudice qui eſſet competẽs in illa cauſa agitanda.⁊ ita conclu
dunt doc.in.c.ſignificauit.ſ̃.de teſti.⁊ cũ ſententia Bar. re-
ſidet Bal.in.d.l.ij.⁊ do.An.in.c. quintauallis.ſ̃. de iureiu.
⁊ Panor.ibi col.xxxij.⁊ in.c.expoſita.ſ̃. de arbi.per illũ tex.
43 ¶ Sed aduerte.qꝛ Ang.in ſua diſputatione q̃ incipit duo
adinuicem litigantes.in fi.no.concludit ꝙ poterit etiam eſſe
iudex ſuperior ipſius arbitratoris : ex quo reductio eſt ſpe-
cies appellationis.vt in.d.§.cum quidam.ideo cum appella
tur debet adiri ſuperior iudicis iudicantis.vt in.d.§. ſi quis
⁊.ij.q.vj.anteriorum.⁊ in.d.§.debet. ⁊ hoc quando in.d.lo-
co eſſet factum compromiſſum. ex quo ibi perficitur contra-
ctus tranſactionis reſultans ex compromiſſo ⁊ laudo ſecu-
to.vt dicta aucten.ſi vero. ergo partes ſortiuntur ibi forum
ff.de iudi.l.heres abſens.de fo.competen.romana.§.contra
hentes.lib.vj.vbi enim agitur ad reſciſſionem ipſius contra
ctus poteſt agi eſt in loco ipſius contractus.vt eſt tex.not.in
l.qui certo loco.ff.de condi.inde.⁊ facit.l. exigere dotem.ff.
de iudi.⁊ ſic concludit Ange. ꝙ etiam iudex loci vbi eſt fa-
ctum compromiſſum erit iudex competens non obſtat.d.l.
ij.vbi eſt tex.no.ꝙ ratione contractus non ſortitur quis fo-
rum diſtractus.nam certe tex.ibi non negat ꝙ non poſſit adi
ri iudex loci ipſius cõtractus.immo hoc debet ſuppleri ibi
prout videtur velle ⁊ intelligere ipſe Bart.in.d.l. qui certo
loco. per



loco.per illum tex.⁊ cum hac ſententia reſidet Jmol.in.d.c.
quintauallis.in fi.qḋ tene mẽti.⁊ adde ꝑdictis. qꝛ voluit no.
Bal.in.l.precipimus.in fi.C.de appel.ꝙ ſi eſt factum com-
promiſſum in laycum ⁊ clericuꝫ ꝙ reductio debet peti corã
iudice eccleſiaſtico.qꝛ maius dignum trahit ad ſe minus fa-
cit.c.per tuas.cum ibi not.ſ̃.de arbi.Sed primo limita.ſ̃.di
ctam regulam.tũc eſſe veram ad iudicem ſuperiorem ipſius
arbitratoris non poſſe recurri niſi quãdo ex forma ſtatuti ex
laudo oriatur actio.tunc enim cũ pars dicto caſu directe cõ-
quereretur de laudo ⁊ ſententia debet adiri iudex ſuperior
ipſius arbitratoris ſicut dicitur in appellatiõe a ſententia iu
dicis vt.ſ̃.⁊ ita tenet Bart.⁊ Bal.in.d.l.ij.⁊ Panor.in.d.
c.quintauallis.Sed Pe.de ancha.in.d.c. quintauallis ꝑut
refert Jmo.ibi non ſequitur hãc limitationẽ per tex.ad hoc
no.in.c.venerabilem.§.j.de ſen.ex cõ.in vj.vbi per viã que-
rele non põt vnq̃ adiri niſi ille qui eſſet iudex ipſaꝝ partiũ.
ſed bñ poſſet adiri per viam appellationis alius iudex vt eſt
tex.ibi.vnde oportet neceſſario intelligere.ſ̃. dictã limitatio
neꝫ.quando a ſnĩa appellaretur.⁊ tunc poſſet adiri ſuperior
ipſius arbitratoris a cuiꝰ ſnĩa videtur poſſe appellari qñ ex
ea actio oritur.vt in.l.j.C. de arbi. ſecus ſi per viam querele
vellet adire ſuperiorem ipſius arbitratoris.tũc.n.nõ poſſet.
ſed debet adiri iudex ipſarũ partium. vt eſt tex.no.in.d.§.j.⁊
44 ita reſidet Jmo.i.d.c.qntauallis.in fi.ꝙ tene mẽti. ¶ Vlti
mo limita ꝙ vbicunq̃ pro cauſa grauaminis allegatur op-
preſſio:dolus verus vel preſumptus ex re ipſa.vt in.l.ſi quis
cum aliter.ff.de verbo.obli. poterit peti recurſus coram iu-
dice eccleſiaſtico ꝑ clericum ꝯtra laycum cum eccleſiaſticus
ſit iudex competens.in dictis caſibus ſm Jnno.in.c.cuꝫ ſit
generale.de fo.cõpe.⁊ ſequitur hic Panor. ⁊ in.d.c. expoſi
ta.immo ẽt eccleſiaſticus eſſet iudex cõpetens ſi ſolũ allega
retur dolus ipſius arbitratoris ſm do.An.in.c.ſi clericꝰ lay
cũ.de fo.cõp.ꝓ quo bene facit text.in.c.expoſita.de arbi.vbi
a ſententia arbitri layci qui erat ẽt inter clericum ⁊ laycuꝫ ⁊
de re temporali habeť recurſus ad papam. ⁊ ſic ad iudicem
eccleſiaſticum. Quid aũt ſit in reſtitutione in integruꝫ dic ꝙ
clericus etiam in ſuis bonis patrimonialibus põt ſi eſt mi-
nor adire iudicem eccleſiaſticum contra laycuꝫ.ita tex.ſingu
laris.in.c.cõſtitutis.de reſtitutio.in integrũ. vbi ita ſequunť
doctores ⁊ ita limita dictã.l.ſcḋm.C.vbi ⁊ apud quem.

## Dilecti.

Collatio beneficij facta poſt
⁊ ꝯ appellationem non tenet
h.d. Primo poniť querela ptis. Scḋo pro
1 uiſio pape.ſcḋa ibi. ſuper qbꝰ ⁊c. ¶ Nota
primo ex tex.ibi legatus.ꝙ legatus natus ſi-
cut eſt hic eboracẽſis.de qbus legatis natis
vide per glo.ordi.in.c.j.ſ̃.de offi.leg.non põt auctoritate ſue
legationis conferre bñficia ſpectantia ad collationem alteriꝰ
ordinarij niſi ad eum ex negligentia ordinarij etiã deuoluta
ptãs.vt hic pꝫ.ſolum enim auctoritas conferendi beneficia
cõceditur legatis de latere:⁊ ſic dominis cardinalibus ⁊ nõ
2 alijs.vt in.c.j.de offi.lega.lib.vj. ¶ Secũdo nota ibi obedi-
rent ꝙ non eſt ſubtrahenda obedientia a ſuo ꝑlato ẽt crimi-
noſo.⁊ etiam lite pendente anteq̃ contra eum ſententia pri-
uationis proferatur.vt hic.⁊.viij.q.iiij.nonne.⁊ ibi tex.nota
bilis.⁊ glo.ibi in ſumma.⁊ in.c.veritatis.de dolo ⁊ cõtuma-
3 cia. ¶ Tertio no.ex tex.iuncta glo.ij. ꝙ ſententia cenſure vt
eſt excõmunicatio.ſuſpenſio:vel interdictuꝫ.vt in.c.queren-
ti.j.de verbo.ſignifi.ſi profertur poſt appellationem eſt ipſo
iure nulla.j.de ſentẽtia excõicationis.per tuas.⁊ iſte ẽ vnus
de caſibus quibus ſententia excõmunicatiõis redditur nul-
la.alios vero caſus.vide per glo.ordi.in.c.preſenti,de ſentẽ.
excommu.lib.vj.⁊ ex his dicebat notabiliter do. Florenti.
in.c.cum nobis.ſ̃.de elec.ꝙ licet regulariter geſta poſt ⁊ cõ-
tra appellationem extraiudicialeꝫ non ſint nulla ipſo iure ſꝫ
veniant reuocanda vt hic in tex.in verbo in irritum reuoce-
tur.⁊ in.c.conſideramus.ſ̃.de elec.⁊ tenent communiter do
ctores in.d.c.cum nobis.fallit tamen in ſententijs cẽſure. qꝛ
late poſt appellationem extraiudicialem ipſo iure non vale-
4 rent.vt.d.c.per tuas.⁊.ſ̃.de offi.deleg.cuꝫ contingat. ¶ Vl
timo tene menti vnam regulam in appellatiõe ab actibus ex-
traiudicialibus ſicut eſt hic in tex.ꝙ ad reuocationem attem
ptatorum pendente appellatione non ſufficit in huiuſmodi
appellationibus extraiudicialibus ſimpliciter aliquid eſſe
attemptatum poſt appellationem niſi ⁊ illud concurrat vide
licet ꝙ illud etiaꝫ ſit contra appellationem.vt eſt tex.notabi-
lis ⁊ menti tenendus in.d.c.cuꝫ nobis.ex quo tex.deciditur
ꝙ in appellatione ab actu extraiudiciali ſi is a quo appellať
aliquid facit contra appellationem id ſolum venit reuocan-
dum non autem cetera alia que faceret poſt appellationem
quantumcunq̃ etiam ipſa appellatio iuſtiſſima eẽt. ⁊ in hoc
differt appellatio iudicialis in qua reuocatur per viaꝫ attem
ptati quicquid ſit poſt appellationem.licet etiam non eſſet ꝯ
appellationem.vt in.c.non ſolum.eo.titu.lib.vj. ⁊ ratio diffe
rentie eſt qꝛ appellatio iudicialis etiam in vno articulo ſuſpẽ
dit iuriſditionem iudicis in totũ ⁊ quo ad totam cauſam.vt ẽ
tex.notabilis in.c.ſi a iudice.eo.titu.lib.vj. ⁊ ex quo iuriſdi-
tio eſt ſuſpenſa in totuꝫ ideo eſt ꝙ attemptata reuocantur ſe
cus in appellatione extraiudiciali cum ibi nõ ſit ſuſpenſa iu
riſditio ex quo extraiudicialiter proceditur propter hoc ẽ ꝙ
non reuocatur niſi id ſolum qḋ eſſet factum in grauamen ap
pellationis.⁊ ſic contra appellationem ⁊ non alia. ⁊ ita dixit
notabiliter Jnn.in.c.qꝛ propter.circa fi.ſ̃.de elec.de quo di
cetur.j.eo.in.c.ſuper eo.⁊ de alijs differentijs in appellatio
ne iudiciali ⁊ extraiudiciali dicetur.j.eo.in.c.bone.⁊ in.c.cõ
ſuluit.ij.⁊ ibi an attemptata ſint ipſo iure nulla vel veniant
reuocãda.Et ſcias ꝙ appellatio extraiudicialiter dicitur du-
pliciter. ¶ Primo quando non appellať a iudice ſed a par-
te.vt.j.eo.cuꝫ ſit.Alio modo dicitur appellatio extraiudicia
lis etiaꝫ ſi appelletur a iudice tamen extraiudicialiter proce
dente.vt hic in tex. ¶ Jn gl.j.in fi.de pena iudicis.a quo nõ
deferentis appellatiõi dicetur.j.eo.i.c. de priore. ⁊ habetur
5 in.l.iudicibus.C.eo. ¶ Jn glo.in verbo per ydoneos in fi.
ideo autem hic vltra teſtes requiritur probatio per famam:
qꝛ ita erat de conſuetudine loci in quo dabatur fides duode
cim teſtibus iuratis aſſerentibus ſe credere ita eſſe.⁊ ita eſſe
communem opinionem ⁊ ſic nõ eẽt vera probatio que tamẽ
conſuetudo non eſſet tolleranda in ſententijs proferendis
6 ſm Hoſti.per not.in.c.ij.⁊ in.c.ad noſtrã.ſ̃.de probatio ex
quo dicto infertur ꝙ non poſſet conſuetudine introduci ꝙ
vna probatio imperfecta habeatur pro plena probatione.⁊
7 ita tranſit hic.d.Anto. ¶ Sed Panor.hic contra per text.
notabilem in.c.cum dilectus.ſ̃.de fi.inſtru.vbi ratione con-
ſuetudinis probatio etiã imperfecta ⁊ ſcriptura faceret ple
nam fidem.⁊ ita ſequitur etiam Joan.an.in addi.Specu.tit.
de inſtru.edic.§.compendioſe verſicu.ſed nunquid.de con-
8 ſuetudine.⁊ doct.in d.c.ij. ¶ Jn glo. in verbo famam.in fi.
tene menti hanc glo.ordi.⁊ ita allegatur ꝙ in ciuilibus cau-
a ſis fama facit ſemiplenam probationem[a] ⁊ iuncta cum vno
teſte de veritate facit.plenam probationem.⁊ ita voluit etiam
alia glo.notabilis in.c.veniẽs.ſ̃.de teſti.⁊ ſequuntur ibi do-
cto.⁊ Cy.in.l.fi.C.de queſtio.vnde probationes diuerſi ge
neris coniunguntur ex quo tendunt ad eundem finem.vt in
l.ij.⁊ ibi per glo.ff.de excu.tu.⁊ in.c.fi.j.de ſucceſ.ab inteſta.
vbi eſt notabilis tex.ꝙ vnꝰ teſtis de veritate ⁊ cõfeſſio abſen
te parte extra iudicium coniunguntur ſimul ⁊ faciunt plenã
probationem. nam vnus teſtis facit ſemiplenam probatio-
nem.vt in.c.ex inſinuatione.ſ̃.de procu.⁊ per glo.in.l. in bo-
nefidei.C.de re.cre.⁊ cõfeſſio abſente parte ſimiliter facit ſe
miplenam probationẽ.vt in.d.c.fi.⁊ in.l. capite quinto. ⁊ ibi
per glo.ff.de adul.⁊ in.l.admonendi. ⁊ ibi per Barto.ff.de
iureiuran.⁊ ſic ſimul iuncta plene probant.vt in.d.c.fin.⁊ ſe-
quitur Barto.in.d.l.admonendi. Et intellige ꝙ ad hoc vt
confeſſio abſente parte faciat ſemiplenam probationem ẽ ne
ceſſe ꝙ bene probetur dicta confeſſio extra iudiciuꝫ.⁊ ſic ſal
teꝫ per duos teſtes ſicut in ſimili dicitur ḋ inditio quod in-
ditium eſt minus q̃ ſemiplena probatio.vt voluit glo.ordi.
⁊ notabilis in.l.cum probatio.ff.de procurato. ⁊ tamen indi
cium debet plene probari ſaltem per duos teſtes. vt voluit
glo.notabilis in.l.fi.C.fami.hercíſ.⁊ Bald.ibi qui etiaꝫ ad
hoc allegat dictum Jnnocen.in.c.ſicut.el.j.j. de ſymo.,⁊ ita
etiam eſt dicendum in fama:quia licet in ciuilibus faciat ſe-
miplenam probationem.vt hic in glo.⁊ in.d.l.ij. Tamẽ opꝫ
ꝙ probetur ipſa fama plene ſaltem per duos teſtes.vt voluit
glo.notanda in.l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſti.⁊.ij.q.j.in.§. quan
9. do autẽ. ⁊ quomodo habeant deponere ad hoc vt probent

a ¶ Famã
faĉ ſemiple
nã ꝓbatio-
nem in ciui
libꝰ. Adde
an fama fa-
ciat plenaꝫ
ꝓbationeꝫ
vel ſemiple
nã in crimi
nalibꝰ.⁊ an
cũ vno teſte
ſufficeret ad
cõdẽnãdũ.
⁊ an poſſit
iungi fama
cuꝫ diuerſa
ſpẽ ꝓbatio-
nis. vide.d.
alex. ḋ imo.
in pulchro
cõſi.xxiiij. i
vlti.colũ. in
ij.vol.ibi nõ
ob.ꝙ in cri-
minalibus.
⁊c̃. bartho.
ab bor.

ipſam famaꝫ. vide per Inno. in. c. cum oportet. j. de accuſa. dicentem notabiliter ꝙ teſtis deponens ſuper fama vel infamia ad hoc vt probet tenetur reddere cauſam concludenteꝫ ſui dicti etiam non interrogatus. ⁊ idem tenet Bart. in. l. de minore. §. tormēta. ff. de queſ. ⁊ Bal. in. l. quid ergo. ff. de infa. ⁊ Panor. in. c. cum cām. ſ. de teſta. licet Butri. ibi in hoc
10 aliud voluerit. Sed limita primo ſupradicta. ⁊ glo. hic pcedere. vt tunc demum fama cum vno teſte in ciuilibus faciat plenam probationem quando teſtis probaret de veritate rei. ſecus ſi probaret de auditu quia fama iuncta cuꝫ teſtimonio de auditu etiam plurium teſtium non probaret vt ē tex. ⁊ gl.
11 notabilis in. c. tam litteris. ſ. de teſti. in prin. ¶ Secundo limita glo. noſtram hic procedere in ciuilibus cauſis quia in criminalibus fama cum vno teſte non probaret ex quo tunc requiruntur probationes luce clariores. C. de proba. l. ſciāt canonizata. ij. q. viij. ⁊ ita voluit dicta gl. notabilis in. d. c. veniens. que procedit non ſolum quando de crimine ageretur criminaliter vt ſic fama cum vno teſte nō faciat plenam probationem: ſed etiam ſi ageretur ciuiliter ex crimine non ſufficeret fama cum vno teſte de veritate. vt tenet Butri. ⁊ Panor. in. d. c. ⁊ Spec. titu. de notorio crimine. §. fama verſicu. quid ſi agente. licet Jmo. in. d. c. veniens. in hoc aliud velit.
12 ¶ Et ſcias ꝙ in factis antiquis ſola fama faceret plenā probationem in ciuilibus. vt voluit notabiliter Innocen. in. c. veniens. de verbo. ſignifica. ⁊ Bal. in aucté. quas actiones C. de ſacroſanc. eccle. dicens ꝙ antiquiſſime domina ⁊ iure patronatus probantur per famam ⁊ ita poſſet procedere gl. in. l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de nego. geſt. volens dominium probari per famam. de quo etiaꝫ per Bald. in. l. proprietatis. C. de proba. ¶ In glo. ſi. in pn. tenendo ꝙ collatio beneficij non eſſet hic deuoluta ad archiepiſcopum tūc ipſa collatio fuiſſet hic nulla ex defectu poteſtatis vt in. c. cū bartoldus. ſ. tit. proximo. vnde ſuperflua fuit hec appellatio ab actu nullo. ff. eo. l. ſi expreſſim. ¶ Sed dic notabiliter ꝙ a grauamine extraiudicialiter illato vel inferendo pars poteſt ſe tueri dupliciter per viam appellationis extraiudicialis infra. x. dies ⁊ per viam querele etiam poſt. x. dies vt de his eſt tex. notabilis in. c. concertationi. eo. ti. lib. vj. ⁊ ſi pars proſequitur grauamen per viaꝫ appellationis prout hic fecit opꝫ ꝙ tunc probet appellationem infra. x. dies q: eſt cauſa intentionis ſue etiaꝫ ſi actus eſſet nullus ſicut obſeruatur quādo appellatur a ſententia nulla vt in. c. ad audientiam. ⁊. c. dilecto. j. eo. vbi de hoc dicetur vnde q: iſte prior hic appellauit oportet ꝙ probet de appellatione ⁊ ꝙ collatio beneficij fuerit poſt appellationeꝫ. Ideo eſt ꝙ papa hic mandat inquiri. Si tamen iſte prior ſuccubuiſſet hic in via appellatiōis poſſet redire ad aliud remedium nullitatis. vt nota. in. c. licet. de
13 ſen. excommuni. lib. vj. ⁊ in. d. c. dilecto. ¶ Extra gloſ. querit hic Hoſti. appellans tenetur probare de ſua appellatione legitimo tempore interpoſita in tantum ꝙ licet conſtaret de ipſa appellatione tamen nō preſumitur interpoſita infra. x. dies niſi probetur per ipſum appellantem. vt eſt tex. in. c. romana. §. ſi vero. eo. ti. lib. vj. ⁊ tenet Specu. eo. titu. §. de officio verſicu. penul. ⁊ Jo. an. in. d. §. ſi vero. ⁊ Jmo. in. c. ſignificauerunt. ſ. de teſti. in prin. vnde concludit Specu. in. d. §. de officio. in ſi. ꝙ licet ergo probem me appellaſſe per teſtes vel confeſſionem aduerſarij a ſententia cōtra me lata nō ſufficit niſi probem ꝙ infra. x. dies appellauerim vt. d. c. romana §. ſi vero. ſed aduerte quia contrarium videtur tenendum nā ſequitur tempus. x. dierum eſt vtile ⁊ nō currit niſi a die ſententie preſumi debet in dubio ꝙ a die ſcientie cum ignorantia preſumatur niſi contrarium probetur conſequenter infra debitum tempus appellaſſe. ⁊ ita do. de Rota deci. cccxvj. que incipit. Item ſi poſſeſſor. de quo vide dicta in. c. bone. colum. x. in verſi. octauo debet appellari. vbi plene de his. j.
14 eo. ti. ¶ Quid ſi opponatur in curia per appellatuꝫ de ipſa appellatione appellans petit remiſſionē ad partes an ſit ſibi danda dilatio. ⁊ dicit Hoſti. cum quo reſidet Joan. an. hic ꝙ non ſi opponatur exceptio in vi dilatorie ante litem conteſtatam: q: de illa debet probari in curia ⁊ appellans debuit venire inſtructus vt in. d. §. ſi vero. ſecus ſi opponatur iſta exceptio poſt litē. conteſtatam in vi peremptorie tunc dabitur dilatio ⁊ imputetur ſibi ex quo non oppoſuit ante litem conteſtatam cum de ſtilo curie ſit pro declinatorijs ⁊ dilatorijs probandis non detur remiſſio extra curiaꝫ ſed pro perēptorijs ſic vt dicit Specu. eod. titu. de dila. §. j. verſicu. ſed ⁊ ſi.
15 ¶ Dubitatur tamen an ipſe appellans teneatur facere fideꝫ ipſi appellato de ſua appellatione ante litē conteſtatā Spe. ti. de inſtru. edi. in. §. nunc dicamus. in verſicu. ſed pone. dicit ꝙ non: ſed de equitate eſt ſecus. Sed certe videtur ꝙ ēt de iure debeat probari ante litem cōteſtatam per text. in. d. §. ſi vero. ⁊ ibi per gl. vbi ſumitur regula notabilis ꝙ iudex appellationis non debet procedere in cauſa: ⁊ nō poteſt mittere inhibitoriam priuſꝗ̃ ſibi conſtet legittime ad eum appellatum: ⁊ ſi ante inhiberet eſſet legittima cauſa grauaminis ⁊ poſſet ex hoc appellari ſm. Archi. ⁊ Joan. an. in. d. §. ſi vero ergo debet fieri fides de appellatione ante litem conteſtataꝫ cum aliud iudex procedere non debeat vt. ſ. ⁊ ſic fruſtra videtur fienda differentia an de ipſa appellatione opponatur ante vel poſt litem conteſtataꝫ. Et ideo aduerte quia dicebat hic Hoſti. ꝙ de mente tex. in. c. j. de appel. lib. vj. ⁊ in. c. j. de elec. eo. lib. eſt ꝙ etiaꝫ in peremptorijs teneatur quis comparere inſtructus ⁊ ita reſidet Jmo. hoc intellige quo ad pbationem fiendam per ſcripturam quo caſu nūꝗ̃ debet dari dilatio extra curiaꝫ quando probatio habet fieri per inſtrumēta q: ſibi imputet cū tenebatur comparere inſtructus ⁊ ipſa inſtrumenta portare poterat ⁊ ita determinant do. de rota deciſi. ccxxiij. que incipit. Item quando cauſa. Unde obligat⁹ ad comparendum: cum omnibus actis iuribus ⁊ monumētis cauſe non tenetur tūc ducere teſtes. ideo pro teſtibus fieret remiſſio ad partes daretur dilatio extra curiaꝫ ſm glo. ſingularem in verbo alibi. in. c. cupientes. §. ad hec. de elec. lib. vj. quā glo. limita. niſi teſtes eſſent examinati ⁊ publicati. tūc enim deberent portari dicte atteſtationes ⁊ eſſet in eis eadē ratio que eſſet in inſtrumētis. ⁊ per illam glo. in. d. §. ad hec.
16 determinant do. de rota deci. ccxliij. que incipit. Itē pro inſtrumentis ꝙ productis inſtrumentis in cauſa ſi opponeret ſigilla non eſſe auctentica aut conficientem inſtrumenta non fuiſſe notarium. tunc pro his probādis bene daretur dilatio extra curiam ⁊ fieret remiſſio ad partes ex quo tunc occurrit fienda probatio per teſtes quos ſecuꝫ ducere nō potuit nec tenebatur. vt. ſ. ⁊ ita etiam ſequitur Gemin. in. d. §. ad hec.
17 ¶ Ultimo circa predicta adde notabiliter ꝙ licet ſit verum non eſſe dandam dilationem extra curiam ſeu locum iudicij pro inſtrumentis vel alijs ſcripturis procedentis. vt. ſ. tamē data ⁊ conceſſa dilatione pro teſtibus poterunt in dicto termino produci etiam ipſa inſtrumenta. argu. c. peruenit. ſ. de de teſti. cog. ⁊ in. l. exercendis. C. de fide inſtru. ⁊ ita determinat rota i dicta deci. ccxlviij. p quo dicto facit text. notabilis in ſi. in. c. ſeries. ſ. de teſti. que omnia tenementi. de quo ar. plane vide per oēs doc. in. d. c. peruenit. el. j.

## Inter cetera.

Appellatio gnālis in oī cauſa nō valet. h. d. Et primo reprehenditur ipſe appellans. Secundo ponitur reprehenſio appellationis. ſecunda ibi. nec huius. ¶ No.
1 primo ꝙ abbas conueniēdus eſt corā ordinario loci. ſic. j. de religio. domi. c. cum venerabilis. ⁊. viij. q. ij. abbates. ⁊. c. monaſteria. de quo vide in. c. cōquerētes. ſ. de
2 offi. or. ¶ Scdo no. ꝙ licet platus regularis poſſit remoueri a beneficio ex facilioribus ⁊ leuioribus cauſis ꝗ̃ ipſe platus ſecularis. vt in. c. qualiter. ij. circa ſi. j. de accuſa. ⁊ in. c. per tuas. j. de ſymo. tamen non ſufficit quelibet tranſgreſſio canonis: nā iſte abbas hic temere ⁊ cōtra ius appellauit declinando obedientiam epiſcopi. ⁊ tamen non fuit remotus ab abbatia nec punitus etiam pro mortali peccato. ⁊ qua pena veniat puniendus tranſgreſſor canonum. vide gloſ. ordi.
3 in verbo inhibemus. in. c. generali. de electio. lib. vj. ¶ Ultimo nota ꝙ licet ſm leges temere ⁊ calumnioſe appellans veniat vltra cōdemnationem expenſarum puniendus etiam pena pecuniaria vt in. l. a. proconſulibus. C. eo. tamen ſecus videtur ſm canones vt hic vbi nulla: imponitur pena temere ⁊ calumnioſe appellanti glo. tamen. ij. q. vj. ad romanam. videtur velle ꝙ eodeꝫ mō poſſit puniri etiam ſm canones. ⁊ idem ſequitur Joan. an. j. eod. in. c. vt debitus. ſed Panor. hic refert Specu. e. ti. §. nunc dicamus. in princi. tenentem ꝙ de



ꝙ de equitate canonica non puniatur niſi in refectione expēſarū. vt. j. eo. reprehenſibilis. de quo hic plene per eū. ¶ In glo. j. in prin. hodie dic vt habetur in. d. c. vt debitus. ⁊ in. c. j. eo. tit. lib. vj. ⁊ in cle. appellanti. eo. titu. vbi debet expſſa cā nominati grauaminis: ideo eſt ꝙ generalis appellatio repro
4 batur. ¶ In eadeꝫ glo. ibi argu. contra. dic ꝙ hic reprobatꝰ generalis appellatio non habito reſpectu ad aliquaꝫ certam cām ſꝫ ibi valet generalis appellatio reſpectu certe cauſe an hodie valeat dicetur in. v. c. conſuluit. hic allegato.

## Ad noſtram.

A correctione nō appellaꝰ. h. dicit. Primo premittit cām mādati. Scdo ponit mandatum ibi mādamus. ¶ No. primo ex hoc text. ⁊ ita allegatur ꝙ inducta ad vnum effectum non debent contrarium effectum
1 operari ſic. ff. de leg. j. l. legata inutiliter. ¶ Secūdo nota ibi nequitia ſubditoruꝫ iuncto ſubſcripto ꝙ monachus dicitur ſubditus abbati ſicut ſeruus domino facit. c. ſi religioſus d̾ elec. lib. poſ. immo diſtrictiori ſeruitute ſubicitur monachus ꝗ̃ ſeruus vt dicit lex. liiij. di. multos. ⁊ ideꝫ poteſt dici de ſecularibus clericis reſpectu prelatorum ſuorum vt ſubditi cēſeantur. ſ. de offi. ordi. irrefragabili. ⁊. j. de cenſi. cum apoſtolus. §. prohibemus. debent tamen prelati tractare eos vt ſocios q: non ſunt domini nec debent vt domini dominari vt dicit tex. xcv. diſt. eſto ſubiectus. vbi glo. arguit ɔ̃ epiſcopos vel prelatos ſcribentes clericis ⁊ appellantes eos filios cū debeant eos appellare fratres ſed caueant ſubditi cum ſcribunt prelato ne appellant eum fratreꝫ ſed debent honorare in ſuprascriptione ita dicit glo. ibi ⁊ ſic debent appellare eū
2 dominum vt in. c. cum clerici. de verbo. ſignifica. ¶ Ultimo
a nota ꝙ correctio monachorum [a] ſpectat ad ſolum abbatem cum hic nulla fiat mentio de capitulo facit. xix. q. ij. nullaꝫ. d̾ quo. j. eo. in. c. reprehenſibilis. ex quo infertur ꝙ maior ſit poteſtas abbatis in monachos ꝗ̃ epiſcopi in clericos ſuos cū de iure communi epiſcopus non poſſit eos punire ſine conſilio ſui capituli licet de ɔſuetudine poſſit ſibi querere h̾ ius vt in. c. iij. de conſue. lib. vj. immo probat iſte tex. ꝙ correctio monachorum primo loco ſpectat ad abbateꝫ excluſo epiſcopo pro quo bonus tex. in. c. quanto. ſ. de offi. ordi. qd̾ non reperitur permiſſum in alijs platis inferioribus ab epiſcopo vt per Inno. in. d. c. quanto. ⁊ in. c. cum ab eccleſiaruꝫ. eo. ti. hinc eſt ꝙ monachus tenetur magis obedire ſuo abbati ꝗ̃
3 epiſcopo vt voluit glo. notabilis. xj. q. j. qui reſiſtit. ¶ In gl. ſina. in prin. nota ꝙ appellatio a correctione ē regulariter phibita niſi ex cauſa vt hic in gloſa. Sed dixit hic notabiliter Inno. ꝙ licet alias in appellatione a diffinitiua non ſit exprimenda aliqua cauſa vt in. l. j. in ſi. cum ſe. ff. eo. ⁊ in. c. j. §. hisque. ⁊ ibi glo. in verbo ſtatuit. eo. ti. lib. vj. ⁊. c. cum in eccleſia j. eo. tamen quando appellatur in cauſa correctiōis etiā poſt ſententiam non valeret appellatio niſi littere impetrate in cā appellationis (dato ꝙ facerent mentionem de ipſa appellatione) exprimant in ſpecie cauſam ipſius appellationis arg. c. dilectus filius abbas. j. de reſcrip. ⁊. ſ. de coha. cle. ⁊ mu. ſuper eo. ⁊ ratio eſt q: ius reſiſtit tali appellationi niſi in certo caſu: ideo oportet ꝙ ille caſus exprimatur vt ſic appareat appellatum in caſu conceſſo ſicut etiam quando appellatur ab executore etiam a diffinitiua debet in appellatione expri-
4 mi cauſa q: moduꝫ excedat executor propter hoc eſt ꝙ in impetratione litterarum eſt exprimenda cauſa appellationis ⁊ condemnationis: q: ea expreſſa forſan papa nō conceſſiſſet litteras niſi rationabilem cauſam appellationis vidiſſet ſupra de reſcrip. poſtulaſti. ⁊ ideo notabiliter infertur ex predictis ꝙ ſiue ad correctionem procedatur in iudicio ſiue extra iudicium. ⁊ ſiue ante ſententiam ſiue poſt debet in omni caſu in appellatiōe exprimi cauſa grauaminis ⁊ amplius in impetratione litterarum debet exprimi cauſa ipſius condemnationis alias littere eſſent ſurrepticie. ⁊ ita voluit hic notabiliter Innocen. ⁊ ſequitur hic Panor. ⁊ ſic licet in appellatione a diffinitiua non requiratur expreſſio cauſe vt ſupra tamen illud eſt verum niſi quando appellatur in caſibus regulariter prohibitis. tunc enim debet exprimi cauſa. ⁊ ita tenent docto. in. c. romana. §. ſi autem. ⁊ ibi per gloſ. in verbo mandetur. eo. titu. lib. vj.

## Perſonas.

Si appellans terminū ſibi ſtatutum a iudice a quo appellauit vel a ſeipſo ſtatutum non pſequitur deſeritur appellatio ⁊ tenetur ſtare ſentētie a qua appellauit. h. d. Et ponit duo dicta. ſcda ps ibi. ſi aūt. ¶ No. primo ꝙ lꝫ appellanti ad proſequendam ⁊ finiendam appellationem a iure detꝰ annus. vt in cle. ſicut. eo. ti. tñ appellans pōt ſibiipſi reſtringere hunc terminuꝫ iuris reſpectu pſecutionis ⁊ terminum ſibi ſtatuere: intellige breuiorem terminū iuris. quādo aūt appellans ſtatueret ſibi nimis plixum terminuꝫ tunc iudex pōt illū abbreuiare ⁊ cōpetentē aſſignare. vt hic. ⁊. j. c. proxi. ⁊ dicetur cōpetēs ſm qualitatē cauſe ⁊ diſtantiā loci. ¶ Scdo no. ꝙ lꝫ pēdente appellatione nihil ſit innouandū vt in. c. nō ſolum. eo. ti. lib. vj. ⁊ ſit ſuſpenſa iuriſdictio iudicis a quo. ſ. de iureiurā. venientes. tñ his non obſtantibus pōt iudex a quo quando appellans prefixit ſibi terminum plixum aut nullum de nouo ſtatuere terminum competentem ad proſequendū appellationeꝫ aut ad preſentandū ſe coraꝫ iudice ad quem. vt hic in tex. ⁊ ratio eſt. q: non intelligitur ſuſpenſa iuriſdictio iudicis a quo in concernentibus faciliorē expeditioneꝫ ipſius cauſe appellationis. vt eſt tex. notabilis in. c. cū teneamur. j. eo. iō eſt ꝙ cū huiuſmodi termini tēdant ad expeditionē cauſe appellationis non prohibentur per iudicem a quo aſſignari ⁊ non prohibētur ſic innouare. d̾ quo
1 j. in glo. ¶ Ultimo tene mēti. ⁊ ita allegatur ꝙ ſicut ſit deſerta appellatio p lapſum termini iuris. vt in. d. cle. ſicut. ita ⁊ p lapſuꝫ termini hoīs. ⁊ ſic aſſignati a iudice a quo nō expectato amplius lapſu termini iuris vt probaꝰ notabiliter hic in tex. ibi: ex tunc ſententie tue ⁊c. Et ita ſequitur hic Inno. in
b tm̄ ꝙ lapſo termino hominis ſentētia firma remanet [b] ⁊ pōt mandare executiōi nec poterit vlteri⁹ appellare vt hic in tex. niſi excederetur modus in exequendo. ſ. ti. proxi. quo ad cō-
2 ſultationē ſm Jmo. ⁊ Panor. hic ⁊ poteſt talis termin⁹ ſtatuti tam in appellatiōe a diffinitiua ꝗ̃ ab interlocutoria ⁊ tā a iudice ordinario vt hic ꝗ̃ etiam a delegato vt eſt tex. not. in c. ad aures. j. eo. ⁊ ꝙ lapſo illo termino. hominis ſit deſerta appellatio conſuluit Federicus de ſenis ſuo conſilio. xxvij. qd̾ incipit punctus talis eſt. pro quo etiam text. in. c. licet. de ſen. excom. lib. vj. qd̾ tene mēti. ¶ In gl. j. ibi ⁊ iudex codeꝫ modo dic ꝙ licet iudex poſſit talem terminuꝫ ſtatuere tamen ad hoc: non teneꝰ nec poteſt ad hoc cogi vt dicetur. in. c. ad hec. hic allegato quando autem non eſt ſtatutus terminus a iudice vel parte tunc ipſe appellās habet terminum iuris ad proſequendum ⁊ ſic annum ⁊ ex cauſa bienniū. j. eo. c. cū ſit. ⁊. c. ex ratione. ⁊ ante terminum iuris nō eſt deſerta appellatio. ¶ In glo. ij. in pn. pro declaratione huius notabilis tex. ⁊ materie tria principaliter ſunt videnda. ¶ Primo quot modis poſſit iſte terminus aſſignari p iudicem a quo. ¶ Secundo per quē actio dicitur p ipſuꝫ appellantē eē ſatiſfactū termino aſſignādo ſeu aſſignato. ¶ Tertio ⁊ vltimo an ⁊ qñ ⁊ quibus caſibus iudex a quo vel ad quē ipſum terminum
3 aſſignare poſſit. ¶ Circa pmū ſcias ꝙ nouē modis pt iudex a quo terminum aſſignare ad illaqueandū ipſuꝫ appellātem. ¶ Primo ad iter arripiendū vt in. c. peruenit. ij. j. eo. ¶ Secundo ad pñtādū ſe corā iudice ad quē. vt in tex. ⁊ gl. h̾ ideꝫ voluit glo. pe. in cle. j. eo. ti. ¶ Tertio pōt iudex appellāti petēti apoſtolos aſſignare terminū. j. quē cū apoſtolis ſe repreſentet coram iudice ad quē ⁊ de iſto termino nō repetiꝰ alibi in iure ciuili niſi in. l. preſes. C. eo. ti. vbi eſt tex. de hoc ſingularis ſm Bal. ibi in. j. colū. dicētē ꝙ talis terminus eſt arbitrarius ⁊ debet aſſignari cū cōgruo ſpacio al's appellatio nō intelligereꝰ eē deſerta. ſecus qñ termin⁹ cōpetēs aſſignatur tūc enim lapſo termino ⁊ appellante non comparente eſt deſerta appellatio ſꝫ Bal. ibi ⁊ in. l. ſi. circa pmū nō. C. de tēp. appel. qd̾ not. ad cle. ij. ⁊ bñ facit. c. ab eo. in ſi. e. ti. in vj. ⁊ ibi h̾ ꝙ appellās teneꝰ. j. xxx. dies petere apoſtolos a die ſnīe vt ibi p glo. ⁊. l. iudicibus. C. eo. ti. ¶ Quarto aſſignat terminū ad recipiēdū apoſtolos petitos ⁊ ſi in termino ipſe appellans nō cōpareret ſiꝰ ē deſerta ſua appellatio vt ē tex. in cle. ij. eo. ti. ¶ Quinto ſtatuit terminū ad pſequendū appellationem vt in. c. cū cā. ſ. tit. pxi. ⁊. j. eo. ad h̾. iij. ⁊. ſ. de reſcrip. ex pte. lꝫ Bar. in. d. l. ſi pſes. in hoc teneat ɔ̃riū ⁊ nō bñ dicen-

[a] ¶ Correctio monachoꝝ. Adde an mōach⁹ d̾ dilicto punitus p abbateꝫ poſſit per epꝫ puniri. ⁊ qñ ⁊ in qb⁹ caſibus. vide p Ludo. ro. in ɔſi. ſuo. ccclxxv. bar tho. ab bor.

[b] ¶ Lapſo termio hoīs ſnīa firma remanet. Adde qd ſi appellās nō ē proteſtatus de cā ipedimēti in pſona iudicis an in cā ipſa appellationis currat tpſ. ⁊ qualis pteſtatio reqraꝰ. vid p. d. alex. d̾ imo. i ɔſi. cxiiij. i v. vol. circa pn. Et adde ꝙ appellatio dr̄ preſidiū innocētie ⁊ fuit inducta ad ſauēdū oppſſis iniuſte: ⁊ vt corrigātur iniqtates iudicantiū. vid ɔſi. cxiij. i eo. volu. p eūdem bartho. ab bor.



Universidad del Rosario   Archivo Histórico

4 do φ iudex talem terminū aſſignare nō pōt. ℭ Sexto aliqñ
ſtatuit iudex terminū appellanti ſimul ad pſentandum ſe co
ram iudice ad quē ⁊ ad redeundū cū lr̄is impetratis ⁊ i hoc
aduerte qꝛ hoc vltimū ipſe iudex a quo facere non pōt. vt eſt
tex. in. c. ex inſinuatione. j. eo. ⁊ ita tꝫ ibi Panoꝛ. col. vlti. di
cens φ lꝫ iudex a quo poſſit pfigere terminū appellāti ad ꝓ
ſequēdū ⁊ ad preſentandum ſe corā iudice ad quem. vt. s̄. nō
pōt ad impetrādū lr̄as nec ad redeundum cuꝫ litteris impe
tratis: qꝛ eſſet imponere legem ſuperioꝛi vt ſic iudex ad quē
daret litteras ſm terminum ipſius iudicis a quo inferioris
valeret tamē talis terminus ⁊ intelligitur reſpectu pꝛoſecu
tionis fiende ⁊ vltra nō ligat vt in. d. c. ex inſinuatiōe. ℭ Se
ptimo aliqñ iudex a quo aſſignat terminum ad pꝛoſequendū
⁊ ad faciendum fidē corā ipſo de pꝛoſecutione ſeu de pſen
tatione corā iudice ad quem ⁊ pone φ in termino appellatio
nis eſt pꝛoſecutus ⁊ preſentauit ſe coram iudice ad quem tñ
in termino non fecit de hoc aliter fidē corā ipſo iudice a quo
an tunc ſua appellatio ſit deſerta. Fede. de ſenis in. d. conſi.
tꝫ φ nō. ex quo nō inuenit̄ hoc a iure permiſſum. arg. d. c. ex
inſinuatione ⁊ ita etiam ſequitur Bal. in. d. l. pſes. Sed ad
uerte qꝛ talis terminus eſt vtilis ⁊ poteſt aſſignari ad vnum
notabilem effectum qꝛ ſi appellans iuſto īpedimento ceſſan
te non faciet fidem corā ipſo iudice a quo de ſua ꝓſecutione
⁊ preſentatione. j. terminū ſibi aſſignatum cui non ꝯdixit tūc
poterit iudex a quo ſtatim mādare ſuā ſniam executioni nec
retractabitur executio per viā attēptati ſed pendebit ex futu
ro euētu ipſius cauſe appellationis ſicut in ſimili dicetur in
c. paſtoꝛalis. j. eo. in glo. aſipe. circa mediū. ita Federi. in. d.
cōſi. ⁊ hoc idē ſequit̄ ⁊ tꝫ rota deci. xciiij. que incipit. Iteꝫ ſi
iudex. qd̄ dcm̄ ſinglariter tene mēti: qꝛ ex hoc habes cautelā
per quā poſſit fieri executio ſentērie pendēte appellatione ⁊
φ nō retractet̄ ante oīa per viā attēptati. ⁊ ita etiā ſequit̄ do.
Ant. in. d. c. ex inſinuatione. ℭ Sed dubitat fede. in. d. c. ꝯſi.
an iudex a quo poſſit in dicta foꝛma terminū aſſignare cuꝫ nō
ſpectet ad ſuū officiū. arg. d. c. ex inſinuatione. cōcludit tñ φ
talis pfixio termini cui nō fuit ꝑ appellantē ꝯdictum opera
bitur pfatum notabilē effectū cum a pncipio appellans po
tuerit ꝯdicere qꝛ nō tenet̄ fidē facere iudici a quo de preſen
tatiōe ſeu ꝓſecutiōe ⁊ nō tenet̄ poſt appellationem amplius
corā eo cōparere vt in. c. ſi a iudice. eo. ti. in vj. vnde ſi appel
lans non contradixit ſibi imputetur qꝛ potuit ꝯ eū fieri exe
cutio non tñ ꝑꝑ hoc φ non feciſſet fidem eēt deſerta ſua ap
pellatio ex quo in veritate fuit ꝓſecutus in termino ſibi aſſi
gnato ⁊ ita ſequit̄ hic. d. Panoꝛ. ⁊ idē Imo. in. d. c. ex iſinua
tione. circa finē ibi vide notabiliter ꝑ eū. ℭ Octauo iudex
a quo aliquando in aſſignatione termini ad faciendū fidē de
quo. s̄. comminatur φ ſi appellans in termino ſibi aſſignato
non fecerit fidē φ tūc ipſa appellatio ſit deſerta an ipē iudex
hoc facere poſſit. Lapus in. d. cle. j. tenuit φ ſic ſꝫ dn̄s An
to. ⁊ Imo. ibi col. iij. tenēt ꝯtriū qꝛ nō reperitur hoc ꝑmiſſuꝫ
iudici a quo argu. d. c. ex inſinuatione. ſolummō ꝑmittit̄ aſſi
gnare terminos in faciliorē expeditionē cāe appellatiōis vt
ſupra: ſꝫ hͬ φ fiat intimatio ⁊ notificatio iudici a quo nō ten
dit in faciliorē exituꝫ merito hoc nō permittit̄ ⁊ ita ēt ſequit̄
Ancha. ⁊ dn̄s Florē. i. d. cle. j. q. xxiij. ℭ Nono ⁊ vltio qñqꝫ
iudex ſtatuit terminū appellāti ad finiendā ipſaꝫ appellatio
nem ⁊ hoc facere nō poſſet qꝛ eſſet imponere legē ſuperioꝛi
vt in. d. c. ex inſinuatiōe. ⁊ ita tꝫ ibi Panoꝛ. in fine ſꝫ hū talē
terminū poſſet pfigere ipſe iudex ad quē ex iuſta cā ſm dn̄ꝫ
Florē. in. d. cle. j. q. xxij. ⁊ Inno. in. d. c. ex inſinuatiōe. in fine
vbi ēt tenuit φ talis terminus aſſignatus ꝑ iudicē a quo ad
appellationē finiendam nō eſt inutilis qꝛ hꝫ vim termini ad
appellationē pꝛoſequendā vt in. d. c. ex inſinuatione: vbi idē
5 tenet do. An. ℭ Circa ſcdm̄ pncipale qualiter per appellan
teꝫ dicatur eſſe ſatiſfactū ſupꝛadictis terminis dic φ in pmo
termino de quo ſupꝛa ad arripiēduꝫ iter ſatis eſt φ arripiat
iter in ipſo termino nec tenetur aliter ſe preſentare coraꝫ iu
dice ad quē vt ex tex. in. c. j. §. j. de electione lib. vj. vbi hoc tꝫ
Gemi. ⁊ ſufficeret φ in vltima die termini iter arripiat cū ſa
tis dicatur tunc infra terminum iter arripuiſſe vt per gloſ. in
dicta clemē. ij. ⁊ ita tenet rota. in deci. clv. que incipit. Iteꝫ ſi
certis terminis. ⁊ Imo. in. d. c. ex inſinuatione: colū. iij. Sꝫ
in ſecundo termino ad ſe preſentanduꝫ de quo. s̄. tunc non

a ℭ Eo cāu quo appel latio iterpo nit̄ ad papā Adde an a ſnia pape poſſit inter poni appel latio ad cō ſiliū. vide ꝑ Ludo. ro. in cōſi. ſuo. ccccxxj. ⁊ ſi appellatio i terpoſita ad papā omiſ ſo medio cē ſeat̄ deſerta ꝯſtōne iudi cis ad queꝫ appellari d̄ bebat ſi ſer uata ꝑ eun dē i ꝯſi. ſuo cccclj. Bar tho. ab boꝛ

ſubiceret ſolū arripere iter ſed opoꝛteret φ ſe pꝛeſentaret co
rā iudice ad quē qꝛ ille ꝓpꝛie dicitur ſe pſentare qui exhibet
ſe conſpectui alterius ſm glo. in verbo pꝛeſentari. in cle. du
dum. de ſepultu. ⁊ ſi non poſſet tunc habere pꝛeſentiam iu
dicis ad quem dꝫ in hoc facere ꝓteſtationē in termino in val
uis palatij ipſius iudicis. Non tamē tenet̄ in dicto termino
aliter ꝓſequi ipſam appellationem ⁊ ita tenet rota in. d. deci.
clv. ⁊ ſequitur hic Panoꝛ. ⁊ Imo. in. d. c. ex inſinuatione. cū
ſatis eſt φ ſe pꝛeſentauerit vt ſupꝛa. Et aduerte qꝛ in quarto
termino de quo ſupꝛa ad recipiendum apoſtolos debet cōſi
derari foꝛma aſſignationis termini qꝛ aliqñ iudex a quo aſſi
gnat appellanti certum terminum ⁊ clarū ⁊ dic vt. s̄. ℭ Ali
quando nō aſſignat certū terminuꝫ ſꝫ dicit φ compareat ad
recipiendū apoſtolos infra terminū iuris ⁊ tunc ſatis eſt cō
parere. in quacunqꝫ parte termini iuris vt voluit glo. notabi
lis in. d. cle. ij. in verbo infra dictuꝫ. dicens hoc eſſe notabile
in omni caſu quando aſſignatur dilatio vt aliquis compareat
vel pꝛoducat teſtes vel inſtrumēta infra certū terminū tunc
enim pōt expediri actus in quacunqꝫ parte termini ſm gloſ.
ibi. Aliquando aſſignat iudex terminū ad recipiendum apo
ſtolos in termino iuris ⁊ tunc nō poſſet appellās quandocū
qꝫ infra terminū comparere ſed deberet in vltima vel penul
tima die termini cōparere ⁊ alias ſua appellatio eſſet deſerta
ita dicit glo. notabilis in. d. cle. ij. quā ſemper ad hoc not. qꝛ
eam ſequunt̄ ibi doc. ℭ Quantum vero ad id qd̄ dicitur ſu
pꝛa in quinto termino ad pꝛoſequendū dic φ ſufficit appel
lanti in termino iter arripere pꝛo ipſa appellatione ꝓſequē
da vt eſt tex. in. c. cum cauſam. s̄. tit. pxi. ⁊ ita tenet Specu. ti.
de appel. §. nunc bꝛeuiter verſic. Itē quid ſi pars. qꝛ ſufficit
in termino ad pꝛoſequendū inchoare dūtaxat aut incipere ēt
vltima die ⁊ etiam tenet rota. in. d. deci. clv. ⁊ in deciſ. cxliij.
que incipit. Itē ſi iudex. vt ſic ſatis ſit appellāti arripere iter
licet aliter in termino nō pꝛeſentet ſe vel poꝛrigat libellū ſed
ſupplicationē coꝛam iudice ad quem vt in d. c. cum cauſa. qꝛ
per ipſum actum impetrationis abſqꝫ dubio diceretur fieri
pꝛoſecutio ipſius appellatiōis in. c. ex parte. ⁊ in. c. dilectus
ij. j. de reſcript. ℭ Sed aduerte quia Ioan. andre. in addi
tio. Specu. in dicto. §. nunc bꝛeuiter. recitat alios φ in ter
mino ad pꝛoſequendum non ſit ſatiſfactum ſi ſolum iter ar
ripiatur: ſed φ debeat ſe pꝛeſentare ⁊ poꝛrigere libelluꝫ ſeu
ſupplicationem. Nam ex vi verboꝛum plus impoꝛtat termi
nus ad pꝛoſequendum φꝫ ſimpliciter ad iter arripiendum ⁊
ita reſidet ibi Ioan. andre. cuius opinio. Imo. in dicto. c. ex
inſinuatione dicit eſſe verioꝛē de iure ſed φ in practica pꝛo
pter auctoꝛitatem Specu. ⁊ dominoꝛum de rota ſeruaretur
pꝛecedens opinio. Sed certe non ſoluꝫ in pꝛactica: ſed etiā
de iure pꝛocedit dicta opinio quia eſt tex. in dicto. c. cum cā.
in pꝛinci. ⁊ ita ſequitur Panoꝛmi. ibi ⁊ dominus Anto. in
d. c. ex inſinuatione de quo tamen per totam in deciſio. xlv.
6 que incipit. Item ſi papa. ℭ Sed limita pꝛedicta pꝛocede
re quando iudex ad quem non eſſet in curia ſeu loco in quo
terminus aſſignatur alias ſi eſſet iudex in eodem loco vel ci
uitate tunc in termino ad pꝛoſequenduꝫ non eſſet ſatiſfactū
ſi ſolū arriperetur iter: ſed deberet tunc in dicto termino ad
hiberi maioꝛ diligentia in pꝛoſequendo ex quo iudex ad quē
poteſt faciliter haberi ⁊ ſic φ adeatur ipſe iudex ad quē ⁊ co
ram eo poꝛrigat̄ libellus ſeu ſupplicatio ſi eius pſentia pōt
